


Zur
Gräfl. vom Hagen'schen
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN
gehörig.

N^o 2328

subl.
auf 2400

Handwritten scribble

Handwritten notes:
= 00
000
000



ESCARVM

Poëticarum

PATELLA
BINÆ.

Coëctore & Adposito

GEORGIO PFIZMA-
rio Palatino.

ANNO

Dei-hominis-ab homine-hominibus nati
clo. lo. cll.



FENÆ

Ex Typographéo Steinmaniano.



Ad

ELIAM REVSNERVM L.

CArmina non multi, solus Reusnere probato
Quippè probata mihi, quando probâris,
erunt.

Pfizmarius.

Anagramma.

GEORGIVS PFITZMARIVS NEO-
BURGAS PALATINVS POETICAE AC
IVRIS SCIENTIAE STV-
DIOSVS.

ET tibi gaza viros, puta frugi, ut carmine dicas;
Vise novis placeas, si potes, ergò Sonis.

M. Ioan. Hartmanus

P. L.



NOBILISSIMIS, AMPLISSI-
mis & Magnificis Viris ac
Dominis :

Dn. IANO-PHILIPPO,
utriusq; Principis tam Onoldini quam Neo-
burgici Consiliario Capitaneo & Officia-
rio militari dignissimo.

Dn. LUDOVICO-VITO
Illustris. Principis ac Domini, Dn. GVOLF-
GANGI GVILIELMI Comitis ad Rhenum
Pal. Iun. &c. Aulæ Magistro & Con-
siliario &c.

Dn. CAROLO VBIQUE
terrarum variorum hominum linguas
& mores lustrandi gratia
peregrinanti.

Faxijs à Binbach in Mōren/ Fratibus ger-
manis, Dominis ac Mæcenatibus meis
gratiosissimis.

A 2

71



V T Ulysses ille apud Alci-
noum, cuius à filia Nausicaâ
naufragus per humano susceptus
est hospitio; præter vota & gra-
tes pro ingentibus meritis nihil rependere va-
luit: ita ego nummorum imò crumena nau-
fragus dum hisce caream, & fricantes me, re-
gricare nequeam, vobis Mæcenates munifi-
centissimi, præter hæc munera mentis. Si fa-
vor ac beneficia huc me vocant: ille in me ma-
gnus, & hæc cottidiana. Si virtus aut generis
nobilitas, hæcine illâ maior sit ambigo. Cor-
poris bona considero? Vegeta vis & robur in-
fractum, domi & foris, rogâ & sago, ad omnia
sufficiunt. Animi? Vberime in vobis ingenij
& iudicij dotes. Fortunæ? Genus nobilissimum
& stirpe rescipera a saluti penè coactâ, opibusq;
decorum. Testantur imagines vetustissima,
privilegia vetustissima. Vno dicam verbo:
nil facile vobis deest, quod Natura aut For-
tuna adest. Sed tantum libani laudum vestra-
rum lumen, non penetraui: & quamvis vel-
lem quæi possem? Malim potius venerari quàm
exsequi, adorare penè dixerim, quàm ador-
nare. Vos tantum hancce Patellulam aroma-
te quam-

te quamvis inconditam ceu quondam Shidi-
um meum Poëticum acceptastis, equi boniq;
consulite. Non enim vos fugit in viridi hoc
Vere nihil citiori renasci vice quam Lactucam
reliquos autem fructus hanc sequace quadam
naturâ peditentim insequi: Cum itaq; hoc im-
portuno tempore prater lactucam sub dio mihi
illicet enatam, nec quidem maturo sed Ompha-
cino perunctam oleo, neq; pinguedine mersam,
neq; dulcedine tersam, nihil adponere potuerim:
accipite queso, lingite, lambite & totum hoc
quale quale olusculum avido absorbete palato.
Autumno properante, & fructibus ematu-
rescentibus adparatum opimè & opiparè in-
structum vobis liguriendum deferam. Adsis
ò Flora meis hortulis, & tu Pomona meis po-
mulis, & tu Bacche meis racemulis; adeste
inquam omnes cum Musulis omnibus Bœoria
culmina colentibus; ornate amabò hortulos;
inserite Granata & Limonia; plantate Coto-
nea & mala Epirotica; defendite vestro forti-
tudinis clypeo, contra tonitruum devastationem,
radij ariditatem, & Sirij caliditatem, ut se-
quando accesserit September inclutus, Cerere
& Lyeo stillans & abundans hac escâ lautio-
rem,

rem, & hac patellâ gratiorem vel in aeternum
duraturam transmittere possim. Quod superest,
CANES si latruerint procul à vobis cispellite,
non enim decorum, non humanum est, homi-
num esui bestiolas adiungere, his autem pares
debet puta Cynicos & Mimicos, rasores &
rosores.

En! leges calamo dictat Apollo meo.
Quicumque quascumque meas patellulas, vr-
sino contaminauerit ungue, & acuto morda-
civè attriverit dente, caprinis frutor globu-
lis. Valete Nobiliss. Munificentiss. & porro
Mecænates faventiam Alumnus obsequen-
tiam adcommo dabo, iterum valete.

lena ex Muséo meo XVI. April.

Anno aere nostratis

cl. l. cll.

Georgius Pfizmarus.



IN
GEORGI PFIZMARI
Palatini,
PATELLAS
Aliquot Prægustatores.

Guttur olorum PFIZMARI pande
canendo,

Si vis terrarum conciliere Dijs:

Si verò in fulvos detorques pectora nummos,
Donatrix auri sit tua cura Themis.

Si lubet in terris senium producere famæ,
Sit tuus, ut certè est, docta Poësis honor.

Alma Themis nūmos, numeros dat dicta Poësis,
Hos me, non illos, fors numerare jubet.

Si mecum doctâ numeras Epigrammatis arte,
Tunc benè per numeros vivet vterque suos.

Matth. Zubernus P. L.

Quod studio I V R I S iungis P F I Z M A R E
Poësin,

Quàm facinus dignum laude recente patras!
Scilicet Eunomiæ maiestas maxima diæ est,
Cultoresque amplo mactat honore suos.

A 4

Nec

Nec minor est turbæ laus consecrata Novenæ,
 Hanc quoq; sectantes fama perennat anus.
 Ut piscis qui non piscis; caro quæ caro non est
 Grator esca, cibus suavior esse solet:
 Sic magis oblectat, magis & prodesse laborat
 Mixta Dice Musæ, mixtaque Musa Dicæ.
 Scilicet ut iuxtim vites Circeæ renascens,
 Dulcius ingenua vi facit omne merum:
 Sic maiestatem Ius conciliare Poësi;
 Dulcorem hoc Iuri conciliare solet.
 Alæ hæ sunt geminæ; his quoq; tu super æthera
 ferris:

Hæ qui temnit, iners repat oportet humi.

M. Jacobus Rosefeldus P. L.
 PFITSEMARIUS.

diva.

His meus par fit.

Plausibili nisu, stadij per Musici arenas,
 Currere sudârunt præscripta ad candida calcis
 Gloria quos medios inter locat aurea Divos,
 Quosq; gregi vatum miscet pellacia Lauri,
 Heic nbi vitiferis frigus Salana sub umbris
 Captat, & assurgens decertat Palladis vrbi.
 Emicat ante alios ROSEFELDI nobilis ardor,
 Ardor virosos præfens infringere mores
 Barbariæ, Invidiam præfensq; inhibere lupatõ.
 Proximus huic HESSVS, Phœbi strophio atq;
 Monetæ
 Ingreditur nupt⁹, Themidisq; sub Orgia pgens.
 Tertius HARTMANNVS cui perlita carmina
 melle Pont-

Pontigenæ Veneris grex dat, Chariteia Triga.
Ordo Poëtarum, spatiô post deinde relictô,
Insequitur reliquis, lauruq; comante triumphat
His meus, his par sis, parilemq; capeffere sedem,
PFIZMARIUS voto nisuque sequace laborat.
O votum & nisum! Te nempè Camœna locabit
Mnemolynæ ante pedes, lauriq; explebit odore
PFIZMARI, ô Aoniæ ruspator sedule rupis.

M. Ianus VVeitz P. L.

Visere abi Anticyras ô natio barda coquo-
rum

Nil coquit ad stomachû vestra culina meum
En ! novus adponit coquus hic nova fercula-
mensæ :

Fercula grata Dijs; fercula grata Viris.
Heic oleo, haud lolio, heic verbis, haud pasci-
mur herbis ;

Heic metra atq; merâ vescimur Ambrosia.
Hac escâ quam me tuâ inescat amœna Camœna?
Nec satis esse queo, nec satur esse queo.
Adde salem, adde merum, & mage grata erit
esca palato.

Absq; sale, absq; mero nausea cœna mera est.

M. Ioan. Hartmannus Fr. P. L.

Musica & alma Themis, famæq; Poesis origo,
Sub Genio vnus delituisse volunt.

Pene pererratis terrenæ tractibus oræ,

Expleri mentes non potuerunt suas.

Omnibus exclusæ tandem regionibus orbis,

Auspice PFIZMARIUM fato adiere meum.

A 5

Excipit

Excipit hic omnes tantarum ardore Dearum
Dignus. Nam pollet gutture, iure, metro.
Dic mihi PFIZMARI quanti res ista decoris,
Tres ita te solum posse fovere Deas?

Guilielmus Pistorius
Hassus.

ESCARVM POETICARVM
Patella prima

Coctore & Adposito

GEORGIO PFIZMARIO PALATINO.

Ad

DEVM Inferorum & Superiorum
Regem.

PRæsti quondam, iterum oggannit mihi liui-
da turba,

Iam nunc riores alme refringe DEVS.

Frange, refractos tunde, retusos contere, tritos

Da flammis, Boreæ dede, datosq; nega.

Sic tibi devinctus, vitio sic liber ab omni,

Gratifico grates carmine semper agam.

AD RVDOLPHVM CAESAREM.

HAsdrubal excoluit Martem, astûs Hannibal
Artem,

Factus per bellum victor uterque suum.

Nunc pariter Mahometigenas irrûpis in hostes

Prosperitate togæ, prosperitate sagi.

O sacra

O sacra Maiestas ! si tam benè prælia misces,
Nullus adorno meis, multus adoro metris.
Prima tenes Mundi Pritaneia, secunda libelli,
Ab Iove nam Princeps sceptrâ secunda geris.

AD MECOENATES.

Antiqui imbre marito geniti Patris
O Patroni, atavum semine nobiles,
Ter largi geminâ munificentia.
Nunc pænè adproperat primula Olympias,
Quâ artes discipij visere Musicas,
Quâ nummos numerastis mihi largiter,
Quâ quadrata equulo plaustra mihi Dices
Almæ, non facili Forte trahacia,
Mandastis solidis conditionibus.
Traxi quò potui, quò potero, traham
Porro, donec erit, metaque fervidis
Adventura rotis, palmaque nobilis
Me tandem superos evehat ad Deos.

Hæc quisquis juvenum si effeda Iurium
Recti poscit iter ducere tramitis ;
Causas bis quatuor quærat oportet ; &
Dives si Genio menteque polleat,
Si discat digitis à iuvenilibus,
Curru quemque trahat si nimio adfluat,
Doctorum doceant lumina frontium,
Et non transgrediatur malè terminum,
Non hiscat nimium munera Massici,
Non partem rutilo demere de die
Gliscat, non viridi membra sub arbore

Extensus

Extensus, strepitum non ad aquæ caput,
Incrementa dabit si pater ærea,
Incrementa dabit si Deus enthea.

His quandò socius reddar, & alex
Fortunæ melioris vocer invicem,
Quâ natura queat ludere doctior;
Consi mox recinam pufio fistula.

AD PATELLAM MECOENAS-
tibus meis offerendam.

Pede non segni nullo dulcata Patella
Nectare, mox patrios i malè cocta Lares.
Expetit hoc Dominus Mœrenæ FVXIVS arcis
Expetit hoc vesci Nobilis iste cibo.
Ne remorêris iter, quorsum (inquis) transferar
horum

Quâ rapidâ Altmilium, quâ fluit Ister aquâ.
Hinc ubi a xiacam delata accesseris arcem,
Qua fuige... nitidæ culmina celsa domus:
Desine mirari... adiatæ theatra Colossi,
Pyramidum astus quæ superare queunt.
Protinus à dextris epulis onerata subintra,
Et FVXI, salve nobile numen, ai
Quid si fortè velis, venias, quo ex orbe, rogârit
De. Salâ venio, fercula porto, refer.
Cruda tamen, nec enim croceo condita sapore,
Nec minus ad gustum gutturis apta, feras.
Vilis Amatories, Cliûsque adponitur esca,
Haut Phœbi, haut populi lauta Syracusij.
Quis mittat quæret, breviter profitebere Alûnus
Tu sumtu, studijs quem sacra IENA fovet.
Pertenuem

Pertenuem accipiat rogata, si sumserit escam,
Hæc tibi sunt grato commemoranda sono.
Ecce Poëta tuus transmittit holuscula sicca,
Tempus erit lardo quo dabit uncta tibi.
Cur absim porro scitabitur, ista repones,
Castalij veniet cum satis anne tibi.

AD IAN-PHILIPPVM FVXIVM,
à Binbach Capitaneum, & contra Tur-
cam Hungarici Polemarchi Lega-
tum dignissimum.

Quantus sis virtute, animi sis robore quãtus
Quantus Achilleã IANEPHILIPPE manu.
Pulso, non penetro laudum penetrare, cothurnos
Hoc decet Andæos, Mæoniosque decet.
Gallia magna dedit maiora tibi Hûgaria, & quæ
Nomina Iaurinum, quæq; Strigonium habet.
Rentur id Hispani, Argentini rentur id ipsum,
Nam populus numen sensit uterque tuum.
Maternæ sileo præter commercia linguæ,
Quos vario possis ore referre sonos.
In promptu tibi sive velis Oenotria verba.
Gallica sive velis, sive Latina loqui.
Hinc alijs spretis miles te iactitat, hinc &
Defert officium Mars tibi Marte suo.
Te Dominante magis crescit vel militis ardor,
Vel mage turba ferit, vel mage turma furit.
Te moderante subit virtus animosa Phalangem,
Te Rectore cupit, te Duce castra capit.

Debellat

Debellat Bellona rebelli bella duello,
Et tecum pedibus subjicit arva tuis.
O Herōa meræ cumulo virtutis adauctum!
O dignum nullo tempore posse mori!
Sic vivas & iō redivivas perpete fama,
Qui galeatus eras, nunc trabeatus eris.
Multæ equidē virtutes. bellica continet omnes,
Pro patria virtus maxima, velle mori.
Quem penes est virtus non, cum perit ille, peribit:
Virtus exstructos effugit una rogos.

AD LEODOVICVM VITVM FVXIVM
*a Bimbach/ Virum virtute ultra
sæcra notum.*

O Meccenatis LYDOVICE ter inclute VITE
Et patronatus bractea prima mei!
Bellerophon olim quasi numinis omine cultus,
Pegaleo primus cum veheretur equo,
Quo - cum ferrur eques monstrum superasse
Chymeram,
Et miris hostes ludificasse modis.
Magni equidem reputabantur tum temporis
ausus
Posse hanc aut illam perdomuisse feram!
Nunc fileant prisca, tentant maiora Novelli,
Non timidos, tumidos secula nostra ferunt.
Hæc si cui virtus innata putanda, putetur
Pol! meritò FVXI corpore nata tuo.
Namq; doces equulum circo ludat, saliatque
Per fossas, gyros ductitet, inner aquis.

Nec

Nec satis est : cervus vel te domitore superbus,
Ad nutum Domini convenienter agit.
Quo placet ire loco, molli fert effeda collo,
Carpentumque trahit, quo placet ire loco.
Ipsa tibi cedit quandò stimulante Caballo,
Hippona ad centrum cursitat Hippodromo.

*I nunc, & rem cum verbis perpende, minoris
Non, si maioris non eris aestimij.*

Mente saburratâ si præcipis omnibus unus,
Quei non præripias omnibus omne decus?
*Cedite Romani, Germani cedite cuncti,
Talem vix umquam secla tulere virum.*

*AD CAROLVM FVXIVM à
Binbach viride Iovis germen.*

PRogenie clarâ & natalibus edite priscis
CAROLE, qui fratrum iunior esse clues.
Scilicet Auctunus diffugit tertius anni,
Te reducem patrio cernerem adesse foco.
Nunc iterum peragras peregrinæ climata terræ,
Ut fiat variæ notum idioma rei
Sedibus affigi detrectas CAROLE certis,
Et peregrinantes, rursus ut amêris, amas.
Rursus ut ipse colâre, colis Garamantia rara,
Externes celebras, ut celebrere domi.
*Est aliquid lingvas coluisse, taceret & oras
Lustrasse, aut mores nosse, novasse, bonos.*
Quippe nihil magis ingenti ingenui ingenij vi,
Humanis superi contribuere animis.

Iunior

Iunior es fratrum, pergendo maxumus esto,
Imò ipsos poteris recta docere senes.

THALASSIO

*AD VRSVLAM FVXIAM EX
nobilissimâ Guirbergensium stirpe.*

Fontis ò Aganippidis
Fautor, Aonidum decus,
Fida coniugij anchora,
Huc ades cytharâ & lyrâ,
Metra pange canora.

Necte floridulo comas,
Flosculo, & casiâ tuas.
Flammulas tener igneas
Pectine Arcadico cane,
Tinnuloque sonoro.

Namque nobilis VRSVLA,
Qualis Appiadum Dea,
Atque lyda puellula,
FVXIO, bona cum bono
Nupsit omine Virgo.

Thespia haut aliter loca,
Et nec Aonios specus
Nutriunt Heliconides,
Limpidoque Aganippidis
Irrigant benè fonte.

Huc veni subito gradu,
Et voca ad thalamum thori.
Sedat ut cupidam boni

Coniugis

Coniugis mulier sitim
Vade blanda marita?
Quæ magis tibi **Fvxio**,
Expetenda, adamanda erit?
Nulla candidior Dea,
Nulla amabilior Dea,
Duc marite maritam?
Lingva te tremulans **Heri**,
Ore lambere melleo,
Ore Nectareo petit
Oscularier, æquior
Quæ vivit tibi **Nympha**?
Tuque **Turturæ** castior,
Sola pectore melculum,
Sola menteque corculum,
Hinc viri redamas tui,
Vinculum ô **Adamantis**!
Iuno nil sine te potest,
Et **Minerva** nihil potest,
Nil **Venus** sine te potest,
Te adnuente queunt, **Dea**
Quæ probatior umquam?
Nulla nobilior **Dea**
Nulla stirpe vetustior,
Nulla more venustior,
Nulla forte beator,
Quæ tibi æquiparanda?
Non **Herus** sine te potis
Stemmati dare liberos,
Te adiuvente potessit, ô

B

Purpu-

Purpurantia tempora
Coniugisque decora!

Sic iuvat saturos usque
Tangere aureolos pedes,
Atque lacteolas manus,
Atque candidulum femur,
O tenellula vita!

Talis in Veneris solet
Suavitas cadere hortulo,
Quò scatens hyacinthus &
Myrrha stactea fulgeat,
Luceatque marita.

Non tuus malefanus in
Lectulum nec adulterum,
Nec cubilia turpia,
Prosequens ruet, vnica
Sed viro arta placebis.

Mammulas premet vnicus
Parte brachioli tuas,
O Amoris acerbitas,
Non Amoris acerbitas,
O papilla, labella.

Arduam lupulus velut
Hastulam implicat asitus:
Implicabere sic tui
Brachijs mediter Viri,
Pulcra nexio utrimque!

Quanta, qualis ovatio
Corde profilit ex tuo,
Si Hesperus tibi concinit,

Lucifer

Lucifer tibi nunciat,
Sacra fulcra grabati!

Est quidem fugitiva nox,
Sed tamen recidiva nox,
Est item fugitiva lux,
Sed tamen recidiva lux,
Vestra noxque diesque.

Quanta, qualis ovatio
Mira quando equulum vides,
Huc & huc resillire, & hoc
Circulo quaterne ungula,
Ad Viri omnia nutum!

Vivite in thalamo integri,
Et probas date filias,
Et probos date filios,
Qui suo teneant data
Iure Feuda Vasalli.

Nupta quæ cupiet tuus
Fac herus capiat, mala
Ne petat vel adultera,
Rursus hic etenim dabit
Cuncta quæ rogitabis.

Sic tenellulus ad latus
Stabit, atque Paterculum
Osculabitur indidem,
Et dabit teneræ manūs
Pustulas ressecandas.

Sint suo similes avo
Fvxio, & similes Patri, &
Noscitantur ab omnibus,

B a

Matris

Matris & referent rubra
Cum pudicitia ora.

Sic tuum *URSULA* nobilis,
Sic tuum genus adprobas,
Si utriusque imitaberis
Matris, & patris, omina
Nobilissima semper.

Vos adeste *Aganippides*,
Rivulos benè claudite.
Vos novi benè vivite
Coniuges, iterum bona
Mente vivite sani.

AD BRIGIDAM GVIRSBER-
giam Heroida nobiliss. ex vetusta
Buttenheimensium stirpe.

Ethnica tres celebrat Matronas turba pudicas,
Addere nî quartam te licet emoriar.

AD MECOENATES.

O Superstite gloriosiores
Famâ, & perpete gratiosiores
Quam forsan reliqui benignitate,
Ipsa dixero liberalitate
Velut *Porfena*, liberaliores,
Ambabus manibus mihi datantes.

Quo meo merito? fatemur ipsi
Nullo. Præterito tamen bilustro
Pater dum meus aère vesceretur,
Ansam fortè dedit fidelitate,
Germanâ vegetam & nimis tenacem.

Sed

Sed quid retribuam meis Patronis,
Quæ vel munera dedicem benignis,
Aut quæ impensa repensitet colendis,
Non do Sardonychum, nihil Smaragdus,
Mollis Chrysolithi nihil rependo,
Non Chrysendeta do nihil monilis
Circum bracchia sexies voluti.

Vobis consecrat en! suas Patellas,
Possunt si modò dicier Patellæ,
Mecœnatibus omnium virorum
Optumis famulanter exhibendo;
Vester pessumus omnium RE COCTOR.
Inconditæ equidem meæ Patellæ,
Graviservitio tamen referctæ,
Prægrandi officio tamen repletæ,
Ipsas se DOMINO datant Patellæ,
Ipsos & DOMINO cibos edendos
Cum Coctore suo offerunt Patellæ.

*Acrimonia mentis id fatetur,
Gratitudinis vrget albitudo.*

Vilem sumite comprecor Patellam,
Vultu sumite quæsumus sereno,
Porrectate faventiam Patellis
Impetrassere gratiam potessint.

Et me morigerum per omne tempus
Vobis defero, vendico, dicabo;
Immò si me adamabitis, vicissim
Adhamabo meum undecumque corpus.
*Integerrimi & integerrimorum
Primi, & Nobilium optumi Patroni.*

AD BRIGIDAM à GVIRSBERG.

*Matronam vitæ sanctimoniam fa-
mosissimam.*

BArbara sancta fuit, sanctissima virgo Beatrix
Vtraq; pro Christi dogmate passa necem.
Biblia casta fuit, castissima Baldraca virgo,
Indiga opum, at spernens utraq; supra Ducû.
Penelope quatuor lustra expectârat Vlysem,
Nec, licet adfuerint, contaminata procis.
Transfodiat pectus casto Lucretia ferro,
Dum vi Tarquinij prævitiata dolet.
Vivis sanctificam his matrona simillima vitam
BRIGIDA Teutoniæ stella pudicitia.

AD ELIAM REVSNERVM L.

*Hist. Profess. De Arte Stratagemati-
câ in incluta Salana Anno
clo. l. cl. Dispu-
tantem.*

OLivij, ô Taciti pinguis REVSNERE me-
dulla,

Nobilis ô priscæ conditor Historiæ!

Bellula bella geris, bellig; rebellia pellis,

Et bello fallis bellica bella dolo.

Bellus homo bellas, & bellè militis astus

Prælegis, & bella calliditate doces.

Tu dictas calamo, studiosius excipit agmen,

Obstupet & belli bellica verba tui.

Fallere bella voles, si quando rebellia miles,

Astu REVSNERI pellere bella potes.

Bellica

*Bellica decantas bello REVSNERE duello,
Ac hostis calles callida bella tui.*

*Omnia scrutaris bellè, facis omnia bellè,
Siue voles Praxin, siue docere Thefin.*

AD MATTHAEVM ZVBERV M

Neuburgatem Poët. Laur.

OMnes quos cinxit Pharetratus Apollo corollâ,

Carmine panè simul deperière suo.

Solus nunc lepidâ clares ZVBERE Camoenâ,

Cuius & æternum carmina tersa scatent.

Dira licet Lachesis pernèrit flamina vitæ,

Attamen Aoniâ laude superstes eris.

AD IACOBVM ROSEFELDV M

Artium Magistrum & Poëtam

Laureatum.

Comicus es, nec erit forsan te comior alter,

Et post Frischlinum comica palma datur.

Scenicus haut olim scenis servire recuso,

In scenam ducas me ROSEFELDE modò.

Nec detrecto tuam, si fortè vocavero, cœnam,

Me, adsum, scena petat, me, tua cœna vocet.

AD IANVM VVEIZIV M ARTIV M

Magistrum & Poëtam Laur.

Somnifer haut semper promit mendacia

Morpheus,

Nec Calchas tacitâ prodicione caret.

Nec mera tu præscis doctissime vanida VVEIZI

Omina dum laurus fortè futura canis.

B 4

AD

AD EVMDEM.

DVm canis Augurio transacta, futura, sciente
Alter & Eurypylus, IANVS & alter cris.

AD IANVM HARTMANVM
Artium Magistrum & Poët.

Laureatum.

QVòd benè Mænalios dignos & Apolline
versus,

Musarum succo contribuente facis.

Hinc Heliconiadum capiens subfragia, lauru

Daphnæa meritò cinxit Apollo comas.

Dignus es. *haut etenim imprudenter & ille vel iste*

Lemniscis nectet tempora Mopsiada.

AD MARCVLVM.

TOxica dissimulas, depromis sacchara, flocci
Pendo, si stomachus digerit ista meus.

AD IUSTITIAE IMA-

ginem.

QVi victum preciosum qui rimaris amictu,
Huc te convertas, ostia pando tibi.

Eunomie invigilas, vigilando colas, recolendo

voive, revolvendo sive, sedendo doce.

Hoc etenim studio nihil est felicius vsquam,

Plus nihil hoc diæ dexteritatis habet.

Edocet integritate viros traducere vitam,

Innocuo esse homini, tradere cuique suum.

Dives

Dives opis, prædives opum mundana gubernat!
Indè clientelam, pauperiem indè iuvat.
Iudicij ad veram perpensitat omnia lancem,
Et cæli & terræ plectit ubiq, scelus.

CHRISTVS NOSTRA

Manumissio.

Libertas, Deitas, Bonitas, iuvat, abripit, ardet,
Servum, nequam, hominem, vulnere, morte, fide.

AD GVILIELMVM PISTORIVM

Saximontanum Hassum.

Munera me poscis PISTORI, pectora dono
Vel mea mista tuis, vel tua mista meis.

Euryali, Pollucis, Orestæ mitto, remitte

Corda mihi Nisi, Castoris, & Pyladis.

Vivat amans in amato & amatum in amante vicissim,

Mens mea, mens tua sit, mens tua, mens mea sit.

Munera forsan Amicitiaë maiora requiris?

En! animam nostri corporis usque tibi.

DE LIBERTATE.

Quisquis eris Domino caudam te vendere
noli.

Libertas Arabum prævalet alta bonis.

AD BARBARAM.

Barbara te nigram, te canam crinibus aiunt,

Neutrum est, quei fiat vis ratione probem?

Non nigra, crede mihi, non audis cana capillo,

Nam cranio tota es BARBARA calva tuo.

B S

AD

AD IOANNEM RENGERVUM

Rotemburgo-Tub.

CVM duo competere nostratem nuper
Amorem,

Et non inferior vellet uterque feri.

Indemnis pariter promisi utrisque; *locatus*

Ille mihi oscillis, auribus iste sedet.

Restant nunc luprema tibi subsellia, nostri

Nam cerebri semper carcere clausus eris.

AD MARCVLVM.

Pignus Amicitiae mihi MARCVLE praebis
haustum.

Esto. sed specimen da prius oro tui.

Tendiculas inferre cupis, non dormio cunctis:

Saepe quod os loquitur, mens tua saepe negat.

AD HIEREMIAM IACOBVM Art.

*Magistrum Ulmensis Gymnasij Con-
rectorem.*

Artibus instruxti quondam quem clare Ma-
gister,

Consecro PRIZMARIVS disticha pauca tibi.

Aurea cum cessent mitto chartacea dona,

Chartea cum dedam, chartea redde mihi.

Carmina non vendit, non prendit Musa monetam

Non nummosa fovet, sed numerosa vovet.

Allicit hoc Pietatis, Amoris & elicit ardor,

Cuius in aeternum haut dememinisse queam.

Si liceat rem cum verbis perpendere; certe

Parva mihi debes, debeo magna tibi.

AD

AD IACOBVM FABRICIVM FI-
lium Machaonium & Poët. Laur.

Bellus es & sopus, & bellus IACOBÆ Poëta,
Bellus Apollinea succus & arte clues.

O solido, & solo trinas in corpore gemmas,
Dicam unus Genios, omniū adinstar habes:
Sic populo celebrabere, sæpè vocabere gnarus,
Differitatis opI, differitatis apI.

AD PETRVM LAETVM
Cimbri-danum.

Candidissime lucidissimorum,
Lucidissime candidissimorum,
En! tibi illepidos meos Phaleucos,
Quos fronte, accipias precor, serenâ,
O LAETE integritatis usque dexter,
Vique dexteritatis integelle!

Vnus nostra rigauit ora potus,
Vnam mensa dedit comestionem
Cibi, vnam & Cereris cibationem,
Amicam dedit ad cubationem,
Amicam dedit ad loquutionem,
Ad manus hilare mihi sinistras,
Ad manus tibi dexteram sedebam.
Cor unum, unus amor, Fides probata,
Nobis semper erat, manebit usque.
Vitam ô molliculam & nimis facetam!

At nunc omnis abit, si abis, voluptas,
Fletu turgiduli madent ocelli,
Luctuque adsiduo medulla torpet.
Quantò vilere Danicos agellos,

Et vel

Et vel cernere patrios Penates,
Prægestis nimium, nimisque gaudes:
Tantò mœstitiem moves acerbam:
Tantò tristitiem excitas amaram,
Centum das mihi basiationes,
Mille do tibi suaviationes,
Non tamen saturi videmur ambo.
Tetra ô suaviola & satis dolenda!
Oscla ô tetricitate vultuosa!

Scilicet rebibisse & imbibisse,
De prædulci Aganippidos liquore
Aut Novensilium sororum odore,
Aut voluminis enthei sapore,
Et tandem patrium ad focum revorti,
Est magni Ingenij, & Geni, & decoris.

Sed cum præstet abire, non morari,
Præstet munia obire, præterire
Nulla, cantu avium mea secundo;
Et meos quotiens legis Phaleucos,
Recordare mei, & tui beati
Semper nominis, ominisque fausti.

Magnus faxit in omnibus Iehova,
Quo nil cominus vsquam & vndequaq,
Quo nil suavius vnquam & vndecumq,
Hoc absente subest amaritudo,
Hoc præsentem subest necessitudo.
Non est ulterius precer, mearum
O suavissime suaviationum,
Beatissime basiationum.

AD NICOLAVM SIZLINVM
Vlmensium Gymnasiarcbam.

Denarcm

Donarem aurea, quandò potis essem tibi,
munera,
Aut argentea, vel si exstiterit, quid preciosius.
Verum cum esse sciam divitiarū prius adfatim,
Me Codrumq; sinistro Genio efflictim agitarier;
Sumas fronte hilari munera q̄ dedico chartea.
Si spectare licet materiem, parva quidem, reor,
At si pectora, permagna fero munera. *Quid tum*
erit

Magnus si recipit sepè Deus parvula munera.

AD THEODORVM ROSENODVM
Comitem Palat. Caf.
Equitem Auratum
Civem Romanum.

O Decus orbis, ocelle virum, divine Poëta,
Aulæ Cæsareæ condecorate Comes.
Vidi ego REVSNERI, vidi diploma MELISSI,
Ambrosiam comedens Nectar uterq; bibit.
Adiunxi tantis ROSENODIA pectora bullis,
Popilij & Senecæ nobiliora domo.
Iam ROSENODE potes donare repletus Ho-
norum,
Nunc impletus opum dedere dona potes.
Nil horum depolco tamen. *saturabor ab illis*
Quæ scius à tergo perdere fortè potes.

IN VENEVICAM.

Ipsam dum Cererè perdis, dum spernis Erichto
Et meminisse olim, & poenituisse iuvat.
Sacrile-

Sacrilegus quomdam contempsit eādem Erisich-
thon,

Sed sua, pro pœnâ, propria membra vorat.

AD IANVM FASEM Fr.

LL. Studiosum.

Providus esse solet tabulæ facturus opellas,
Cautus cui tactas fors aperire licet.
Sæpè etenim fugiens fumos absumitur igni,
Deles sæpè heres quod cupit, alter habet.
Testamentiferi præcavit nomina iuris,
Dum pater haut vllas morte reliquit opes.

AD PETRVM BUTNERVM

Schuinfordinum Fr.

Non opus est astutum imitère exemplar
AcontI,

Offert se promptam spontè puella tibi,
Carmina Cydippen pomo celata puellam
Defrudaverunt igne cremante proci.
Illecebris tu non subrepis Phyllida, verùm
Pomo Cydippe & te Galatea petunt.
Non est quod forsan dubites. datur optio Petre
ANNAM si nolis, MARGARIS ecce venit.

AD IOANNEM BEZOLDVM

Rotemburgo-Tub. Fr.

Tester Amicitiaë BEZOLDE precaris in
arram

Ecce meâ fidam spondeo sponte Fidem.
Si simili, fœdus servâris Amoris, Amore,
Fallor ? an hoc aliquid fœdere maius erit.

AD

AD IUVENES NE MATRIMONIAM cum vetulis contrahant.

Quisquis eris facile annosam ne ducito pellem,

Si tamen est animus iungere, iunge pari.

Deformis deformi, infirmo infirma placebit.

Sic paribus paria, ac imparia imparibus.

Non iuvenis vetulam, non ducat cerdo Puellam,

Mutet coniugium, ne sibi pro-pudio.

Dic quid coniugium? subolis generatio. porro

Quid sit anus referas? ariditatis ager.

Quid num sic? ager segete, num reddit aristas?

Numquam. ergo etiam nulla potest anus.

Talis sano homini fugiatur copula, habebit

Nil nisi dissidium, nil nisi dividium.

Sis cave, ne Mycale aut Mulier te Thessala fallat,

Perniciosa thoro, perniciosa foro.

Stellio ceu stellat, sic femina felle coruscat,

Quam canis est iræ fervidioris anus.

Nam radix, radiusque; malorum creditur, ipsis

Noxia celicolis, noxia terricolis.

AD GEORGIVM FEHRIVM

Francum.

Discede nix, & cum nive candide

FEHRI aufuge, imò candidior nive

lunctum i rogo amplexus puellæ,

Quam tibi fors tribuit tenellæ.

Dissolve libros, gignere liberos

Nunc præstat, & dulcedine perfrui

Lascivâ, adaucti quâ Sabini

Qua pia Christiadam caterva.

Dimitte

Dimitte Salanam, metamorphosis
Existat, & sit ritè maritulus,
Qui nominabatur iuencus:
Hinc pater, haut studiosus audis.

Diverte quæso, & Gnosiacum tuæ
Nymphæ merum liba vnica & vnus:
Elinge labris labra Hyblæa
Perpete quæuda liquore stillant.

Disquire (ceu debes) Tyrianthinum,
Quo corpus exornare licet tuum,
Ceu Vere flores intumescunt
Murice versicolore culti.

Disrumpe spissas Salaidum flores,
Pulla pudicos Francigenum thoros,
Namque adnuit tota, innuitque
Francia prosperiter Phileta.

Disfringe portas, nunc iuvenilibus,
Nunc horulis, nunc utier addecet:
Ipsissimo ætas currit Euro
Ocyor, at reditura numquam.

Discerpe bellæ Virginis, ut libet,
Quos porrigit consors tibi flosculos,
Votiva sunt hæc quæ reposta
Fercula, & apta viæ, apta Amanti.

AD RIVALEM.

NVper eras sapiens, nunc te dementia tepit,
Quodq; facit demens, fecerat & sapiens.
Nuper eras Dominus, nunc servi nomine gaudes,
Quodq; facit servus, fecerat & Dominus.

AD

AD BAVIVM POETAM.

Multa tibi, nonnulla mihi, perpauca sed
isti,

Subgerit Aonij carmina turba chori,
Vix erit ut verum fatear, nam plurima Vates,
Qui facit interdum carmina, nulla facit:
Quomodo? si furtim peregrinae carmina Musae
Subripit, & Vena clamitat esse sua.

IN HOMINEM DE SUA FA-

milia nimis gloriabundum.

Qui, spretis alijs, numeras tua stemmata
Solum, semper mentiris si numerare soles.
Semper mentiris si numerare soles.
Propria laus sordet. Sapientia criminis infit,
Respice mox vitium corrige deinde tuum.
Vna tibi mater, Patrum commista caterva
Mater ait scortum, stemma quid ergo negas?
Dixeris. ignotus fiam notissimus ortu,
An non sat notus crederis esse notus.

IN LONGFRIONEM.

Longulus antè putaris & altus: & insuper
ultrò
Altior audiri, longior esse cupis.
Do tibi consilium: facili suspendere collo,
Sat benè præcellus, sat benè longus eris.

C

IN

IN AVRIFICEM.

DEfrudas Genium quæ dum mendacia pro-
mas,

Dum effracto rapias aurea quæque loco.

*Desipit Aurificem falso te nomine spargens,
Aurilegum qui te dicitur ille sapit.*

AD MARCVLVM.

MArcida dispergis, fœda & nostratia clamas
Propria criminibus scripta scatere finis.

AD EVMDEM.

EXigis in nostras poni te MARCVLE chartas
Non legeris, nec tu carmina nostra legis.
Exigis & rides simulatâ MARCVLE mente,

Ingeniosus homo sum, cerebrosus ais.

Exigis & rides demisso MARCVLE vultu,
Calliditate tamen nulla lucella capis.

Fallere vis alios, alijs ab falleris ipse,

Prospectus, foveam qui fodicabit, erit.

Sessio nulla patet (dico tibi,) Codice nostro ;

Podice sed nostro sessio lata patet.

PHILIPPE





PHILIPPE SALZMANNE
HIEREMIA CVRTI
CASPARE BREV.

Myftagogi reverendi, colendi.

CHRISTOPHORE COLERE
Satrapa literatilsime.

*Fautores honorandi, Amici oculi-
tus amandi.*

NUllam artem homines con-
sequi poffe, nifi diuturno temporis
fpatio in POESI fint verfati, ne-
mini non ignotum eſt; teſtantur
multorum veterum Philoſophorum ventilatio-
nes, Poëtarum ventilationes, Historicorum
productiones. Strabo lib. 1. POESIN ex diſpo-
ſitione, Historia, & fabula conſtare dicit, &
ſingendo multa, ad virtutem conferre multa.
Boccattius lib. 14. cap. 7. inquit, POESIS eſt
ſervor exquisitè dicendi aut ſcribendi ex SIND

C 2

Diis

Dei, & Musarum scaturigine procedens.
Quid an non Orpheus Poëta iectus fulmine dis-
perijt, & flebili sepultura à Musis est crema-
tus? An non Mars ipsas reveretur Musas?
An non (teste Diod. Siculo lib. 6.) tantolim
fuerunt Poëta apud Galathas, ut hostes, eo-
rum interventu à pugna abstinere, hastas
deponere, & eductos enses inducerent.
Quanto fuerint deniq; in aestimio apud Reges,
& Principes, quis quæso vestrum est ignorans,
nosse vos scio, pro ignotis, ut nota fiant, hoc in
vestibulo adducam aliquot exempla. Dantes
Poëta Florentinus Regum & Principum ne-
cessitudine coniunctissimus fuit, memoria pro-
didit Volaterr. lib. 12. Mesomedes Poëta
Adriano Principi tam charissimus, quam
tum seculi clarissimus, memorat Suid. Oppia-
nus Poëta antiquus, cuius Halicuta, id est, de
piscatione libros tanti aestimasse scribitur Seve-
rus Imperator, ut pro quolibet carmine ei au-
reum nummum dederit. Parthenius Poëta
Nicæus: à Cinna, (ut ait Suid.) in bello Mi-
thridatico captus, deinde ob ingenium manu-
missus, & id generis innumerabilis. Hac au-
tem exempla non idcò foràs spargo, ut quasi me
velim

velim ad laudis fastigia attollere, sed Poëtas
promovendi gratia, non planè abijciendi.

Sat mihi si Mecœnatibus meus, si vobis
placeo, reliqui quamvis me suspendant naso, &
hic Bavianum, ille me nominet Mævium, non
enim absco meis inesse Poëmatis sensum sat
adulterum, & stylum corruptorem, sed tamen
& illud non ignoro, quosdam esse Scipulos &
Sciuros rodentes qui

Optima contemnant, pessima quæq; probent.

Eos autem Suffenos, quòd sua præponant,
aliorum metra, canum more arrodant, parvi
pendo.

Vos autem imitamini exemplar Alexan-
dri Regis qui cum Cherilo Poëta carmine non
admodum felici pactus est, ut pro quolibet ver-
su bono, Philippeum aureum, pro malo vero
colaphum, acceptaret, imitamini quæso, non
vos pœnitebit, scio enim plurimos inesse malos,
paucos adesse bonos. Quod si verò mutabitis
ordinem, & pro quovis malo aureum, pro bo-
no versu colaphum impingeris.

Quid nisi fortè Midas, quid nisi Crœsus ero.
Sumite ergò alteram meam, innubi fronte,
Patellam, primam ad usq; facem, ad usq; lych-

num (haut vanitatem adiungo) mihi con-
coctam, vestras ad saturitatem benè pascite
mentes, & super adspargite naxis Aromatica
pulvisculum quia melior fiat comedendo. Me
autem Promum - condum partim excusabilis,
quia nondum mihi dives abundat penus, non-
dum satis apta culina, nondum utensilia mihi
ad manus prompta. Sed nunc edere placuit,
olim pitissare placebit, vos mihi Musa prapa-
rate pocula, & tu Deus alme meum pectus
quem adoro, & vos hac mea altera Pa-
sellä adorno. Iena ex Muséo meo

XVI. April. Anno re-
ciperate salutis
cl. l. cll.

Georgius Pfizmarius,



ESCA-



ESCARVM POETICARVM

Patella altera.

Coctore & Adpositore

GEORGIO PFIZMARIO

Palatino.

AD

PHILIPPVM SALZMANNVM

HIEREMIAM CVRTIVM

CASPARVM BREV

*Fuxiorum a Binbach Mystagogos fide-
liss. & puriss.*

O Nitidi æra Dei corybantia trina! beatiss.
Vos & Fuxiadum germina trina beant.
Scilicet omne quod est trinum, omni tempore
plenum est:

Creditur in trinis unica nostra salus!
Vera Fides, planctus, sacratæ undatio limfæ,
Seria sunt hominis, seria trina Dei.
In trinis maneat semper vos Numina trina
Vos sex in trinis Numina trina beant,

64

AD

AD PHILIPPVM SALZMAN-
num Pastorem in Mæren.

O Rem fordidulam & nimis probrosam!
Dignamque auribus, & tua querela,
Plora quidquid agisque amasque homullos,
Res est fordidula & satis probrosa.
Iam - nunc passim hominum genus nefandum,
Vitæ curriculum colit rapinis,
Indulget Genio libidinique,
Quo natura trahit meat creatrix:
Haut Bruto secius feroculo, imò
(Horrescit calamus vel exarantis)
Gloriæ segetem locant in istud.

Deus quomdam homines beatoris
Vitæ tanquam animalia extulisti,
Sanctulissima limpidissimorum
Limpidissima sanctulissimorum
Ut Brutum rationis, oris, impos
Frenarent, fruerentur indè carne:
At nunc spurcitie inquinatiores,
Ipsa Barbarie voraciores,
Homulli insidias struunt homullis.
Hoc facit quotacunque pars ferarum!

Nusquam tuta Fides, Dolus gubernat,
Dormit prisca Amor, fugam capessit
Veritas, Feritas canit receptu.
O vitam rabiolulam & caducam!
Haut dignam auribus, at tuâ querelâ,

AD

AD HIEREMIAM CUR-
rium, Pastorem Gundels-
hemium.

O Electa animæ, & dilecta medullula no-
stra,
Adsis ô animi sana Medela mei.
Desine servitium prisce mirarier ævi,
Maius (habe cordi) scinditur ecce nefas:
Quippe Palæstinum conceditur optio Chri-
stum,
Dedere seu vitæ, dedere sive neci.
Bracchia distendunt, distentaq; bracchia figunt,
Bracchia fixa petunt ense, petita necant.
Sed pallsis graviora dabit Patientia finem,
Quæ testante sacro Codice cuncta beat.

AD CASPARVM BREV
Pastorem Bubenhe-
mium.

Ceu facis, explicitans sancti mysteria verbi,
Flumine sic porrò membra rigato De i.
Dilue, lota doceto, edocta vocato, vocata
Christo sanctifica, sanctificata bea.
Mysticus hinc meruisse potes laudabile no-
men,
Astra dabunt, quando præmia terra negat.

C S

AD

AD CHRISTOPHORVM CO-
lerum. Fuxiorum à Winbach
Satrapam.

SI quis Amator erit Fidei, Probitatis & æqui,
Si quis sinceræ Relligionis amans,
Si quis erit gravitate potens, & robore mentis,
Si quis & arcanae cultor Amicitia.
Si quis qui Domino fidus sua munia præstat,
Si quis virtutis verus Alumnus erit.
Si quis Fuxiaco meruit de stemmate laudem,
Hic si COLERVS non erit, emoriar.

AD ELIAM REVSNERVM L.
Histor. Profess. Ienens.

CAeca Salana audit, collyria pôrgis, & audit
REVSNERE vnguento sanior illa tuo.
Si mihi si lusco REVSNERE medebere, cur quæ
Exoculatus eram, non oculatus ero?

AD ANDREAM GOELNERVM
LL. Studiosum.

Ceu viridat laurus, viridant Teumessia Têpe;
Ceu Iano buxus frigidiorè scatet:
Sic tua Corycio doctrina repullulet antro,
Perpete sic scateat germine noster Amor.

AD HIPPOLYTVM HVBMALIE-
rum Artium Magistr. & Poëtam
Laureatum.

Magnum

Magnum opus Herōum promptos, reperire
favores,

Grandior inventos posse fovere labor.

Si tamen est aliquid quo possit gratia gigni,

Musica erit cantrix, dia Poësis erit.

Vtraq; inest virtus animo tibi Dædala, metrum

Sive velis, vivum ludere sive melos.

Haut secus ac Cyceni cantant ad stagna Caystri,

Cum mortem tristes adproperare vident.

Haut secus ac cerrant Musæ viridante Palæstra,

Et pro palmiferâ doctus Apollo lyra.

Prætereo Sophiæ, calamo renuente, colossum,

Quem torpore pedum scandere nemo potest.

Acquiter hinc viridi lauru decoraris utrimque,

Quam vel RAVSNERVS, vel tribuere Sophi.

Sic non HIPPOLYTUS, sed nomine Virbius, & sic

HIPPOLYTUS gnatus crederis Hippolytes.

Sic poteris Herōum almos reperire favores,

Arque repletorum sic retinere scopum.

DE STEMMATE FUXIORVM

à Sinbach.

Seu repetas Libya, repetas vel America are-
nas,

Europam peragres, seu perares Asiam.

Seu similis Phœbo cupias fastigia celi,

Possis cuncta Soli cernere, cuncta Sali.

Sis Deus usq; licet. reperire, videre licebit

Nullum Fuxiaco clarius orbe genus.

AD

AD LAURENTIUM HEVPT
Jurium Cand.

Virtutum omne tuis inest Brabeium
Membris, quod reliqui tenent homulli.
Et sermone nites Latiniensi,
Et Pelasgiadis micæ lepore,
Et calles utriusque Juris omen,
Et patrocínio foves clientes,
Et stantem instruis, instruis sedentem,
Et nudum integis, erigis iacentem,
Et testudine temperas Amores,
Et Plectro Citharæ levas dolores,
Et vivo Harmoniam sonoro adornas,

Ad temet propero, excipis meantem,
Discedo, comitaris exeuntem,
Revertor, reduci precare amanti,
Tecum prandeo, & excitas tacentem,
Tecum cœnito, & incitas loquentem,
Et peto atque petita das petenti:
Extremos adamas, amas supremos,
Extimos colis, intimos honoras.

Vis dicam quàm habearis integellus
LAURENTI? benè cantitat Thalia.
Vir doctus, pius, utilis, facetus
Clarus, candidus, & tenax haberi,

DE

DE STIRPE REVSNE.

riana.

Argentum renitet, fatale renidet & aurum,
Seu quod Pactolus, quod Tagus vnda
parit.

Si iuvat ex REVSNERI stemmate cudere gem-
mam,

Vnio qui tandem clarior ortus erit?

AD IANVM CLEVIUM

Brugopolitanum.

Ceretana bibis, bibis & Cephisidas vndas,
Ludere virginibus, ludere scis fidibus.

Et clarus Citharâ tinnis, testudine tinnis,

Non aliter quam si pulset Apollo chelyn.

Hinc speciosus amâre puello, adamâre puellæ,

Ex voto cedit quod cupis omne tuo.

Musica nempè animas, animorum & temperat
iras,

Musica bestiolas temperat, atque Deos.

Musica cuncta tibi tribuit, parit omnium Amo-
res,

Plaudere quo possit iam nihil alter habet.

PTENDVM EST

atate.

VTere dum possis psilothro, & dropace
Virgo,

Festinat, faciem ut, ruga senilis, aret.

VTere dum possis viridanti temporis ævo,

Herbula nam crescens vespere, mane cadit.

AD

AD IANVM FALCNERVM

LL. Stud.

Clevius & Mylius parili testudine pulsant,
Haut secus ac Rhodopes culmine Phœbe
canas.

His sese socium Citharâ LAURENTIVS offert,
Demodocus vero dicier ore potest.
Si retonas pariter fidibus FALCNERE sonoris,
Non toto auditur suavius orbe melos.

AMICORVM MEORVM

Sigma dimidiatum.

Quarta ROTH, PISTORI tertia, & inter
Amicos

LAETE secunda tenes, prima ZVERE loca.
Vaticinare mihi lector subsellia prima,
Aut quinam verbis occupet ima meis?
Quarta ZVERE tenes, tu tertia LAETE, secunda
PISTORI, retines tu loca prima ROTH.
Mutua res, paritas est mutua, mutuus ardor,
Imus erit primus, primus & imus erit.

AD NICOLAVM MYLIVM

Themida pullam.

Bella puella bibit generosum Crathidis 2^a
nnem,

Vt mutet nigras, auricolore, comas.
Sapiculè ut Genio felici carmina condam,
Optuma cum salvo gutture vina bibo.
ZVERO restante meo, restante Cratino,
Carmina potor aquæ calva Poëta facit.

LACRV-

LACRVMÆ

AD CAROLVM FVXIVM

Winbach de obitu Patris Andrea

Fuxij quondam totius Neobur-

gici Palatinatus Vica-

rij &c.

HEu quæ tam subita exoritur variatio celi,
Cur vel utroq; imbres fundit, ab axe, Pol^o?
Cur obducta nigrore dolent Sol, sydera, Phebe,
Cur adeo tristes orbium & urbium opes?
Portedunt hæc signa aliquid, sic augur Augur
Ne fle, si nodis explico haruspicium.
O dolor indigerant, heu! magni Fata parentis
Neuburgi coluit quem Ducis Aula loco!
Mœstitiam nubes, lacrumas præfagit & imber,
Mens prælaga mali dictitat ista mihi.
Orpheio rapitur Patriæ mœrore Dynasta,
Et lacrumis, mœsto flumine, terra madet.
Non citus ad numerum, subitos non colligit
vngues,
Sed quasi, præ luctu reptitat Astur equus.
Ipse Deus contristatur, suspiria Consus,
Ducit, & alma Dice flet, flet & ipsa Themis.
Hic gemitus fremitus, luctus ructus, furor urot,
Hic error terror, plangor & angor erat.
Et non immerito. meruit iustissimus Aequi,
Dexteritatis acu, Relligionis ope.
Quam tenuit sartam, tenuit quam ritè paratam,
Ultima dum mortis signa in agone daret.

Vrbs

Vrbs floret Neuburga, viget Rhamnufidis ara,
Immò quid dicam, floruit, & vigit!
O mors olsifraga humanis invisa catervis!
Auden' & egregios forsan adire lares?
Propria res hominum morier, mors abripit
omnes

Scimus, sed quandò venerit, hora latet
Propterea haut pergas insueto pectora more
Sollicitare, animum sed solidare tuum.
Disce Dei, & magni germen plantare parentis,
Gratus eris homini, gratus & inde Deo.

EPITAPHIUM

*ANDREAE FVXTI à Binbach
Vicarij quondam Neuburgensis.*

Algiera obstupuit quondam cum ferrer in
arma,
Nunc belli linquens castra, per astra meo.
FVXTVS est nomen, nulli gravitate secundum,
Plus mage Vulpinâ calliditate potens.
Nuper eram primus Boiorum a Principe, vita
Disiunctus celi Principe primus ero.
Francia me genuit, coluit Neuburgica tellus,
Divitias eadem, pro satiate dedit.
Me sepelit Mœren, quo Pergama, templa, se-
pulcrum,
Sumtibus elucent ædificata meis,
Floriduli Veris vigit bis lustra per osto,
Marmoreâ iaceo marcidus æde senex.

ALIVD

ALIVD.

NVlla falus orbi, lovam te pofcimus omnes,
Omnia fixa cadunt, orbis & astra labant.
Florem hesterna, hodierna Podagram, craftina mortem
Quarta dies fossam, funera quinta parat.

ALIVD.

Patria prisca vale, celum nova patria falve,
I labor, accessit perpetuata quies.

ALIVD.

Scilicet alternis vicibus successio durat
Aeternum hic moritur, nascitur ille loco.
Morta senem mordet, iuvenē generatq; iuventa
Hæc abitus, aditus adstruit illa suos.
Scilicet æternum nobiscum plangite; terra
Cuncta parit matrix, omnia terra rapit.

E P I T A P H I V M.

CHRISTOPHORI GVERNERI

Fuxij à Binbach.

Non residere domi, non stertere possumus
omnes,

Non omnes patrio Fata subire foco.

Teutonicis quondam parvus sum natus in oris,

Condidit Assyrio corpus Alepa luto.

ALIVD EIVSDEM.

Non propè fornacem geritur res magna, pa-
ratur

Gloria nulla nigro, Gloria parva pigro.

D

Cauca-

Caucalus & Syrtes remeantur, eatur Hydaspes,
Si vis ut veniat gloria parva tibi.
Augmina virtutis variæ quæsitæ, reperta
Sunt (dura ô Lachesis) Fata suprema mihi.
Hinc feror Assyriâ tumulatus hœdæporus vrna,
Teutona, quem peperit, dissiata terra vitunt,
Hoc ideo posui, forsân ne nescius esses,
Fuxiacæ posses & meminisse domus.

EPITAPHIUM

GVOLFFGANGVLI FVXIOLI
à Bimbach.

ET GVOLFFGANGVLE purpurantioris
Horæ, flos iuvenum tenellulorum,
Vixisti benè bimulos per annos,
Matris delictum tuæ, tuique
Titillatio Patris excitata,
Prò dolor subitâ revorsione,
Mœstitudo tui parentis audis,
Et tuæ Genetricis anxietudo.

Sic omnis sequitur tuam Puellus,
Sic & omnis adit, viam, Puella,
Sic quævis rapitur rogo luventus,
Sic quævis tegitur togâ Senectus,
Immortale nihil fit hac ruina,
Nil præstabile prorsus hac pruina,
Primum corruet insuper per imum,
Per primum ruet insuper vel imum,
Decretoria lux pijs amanda,
Quandò adfullerit, impijs, vetenda.

Sic

Sic GvolfFGAngvLE pumilille pupe
Vixisti benè bimulos per annos,

Nænia in obitum

NICOLAI REVSNERI COMI-
tis Palatini Cæsarei.

HAut satis est, quod Hyperboreos transiuit
in orbis,

It REVSNERE etiam nunc tua fama polo.

Haut satis est, quod honorârit te Cælaris Aula,

Nunc Comitem, ætherij Cæsaris, Aula colit.

Haut satis est, temet Comitē quòd dixerit orbis,

Nunc etiam celi Feuda Vatallus habes.

Haut satis est, quod eras Iuris Consultus & æqui,

Celicolis præstat nunc dare consulum.

Haut satis est, quod consuluit te Saxona terra,

Consule te celi nunc Pritaneia iuvas.

Haut satis est, Lauru vatam quòd cinxeris artus,

Aethera nunc versâ cingere forte decet.

Ambisti moritura, perennia & exambisti;

Qui terrenus eras, celicus esto Comes.

Nempè suprema petat quivis, sed neglegat

ina,

Aras acceptet quisque, relinquat haras.

DE INCESTVOSIS.

Dignum morte patrat facinus, qui tempore
nigro,

Matricem vitiat, qua fuit ipse latus,

D 2

DE

DE IMMATVRIS

Nuptijs.

Bis septem iuuenis complebit ritè Decem-
bres,

Bis sex quàm gliscat nubere virgo viro.
Ducere femellas hodiè quadrimulus audet,
Et gaudet tacitè virgo quadrima viro.
Grande nefas, Veneris quadrimum inhiare
grabato,

Nam Confus prohibet, Numina trina vetant.
Si libet, ecce licet nondum; ad secreta puellæ
Si repedare libet, non referare licet.
Exspectare licet tempus, quod denotat æquum,
Quo quis sacrato iungier ore queat.

AD BARBARAM.

Barbara te celebren dicis castamq; Lycoris
Sic quomdam meretrix, casta celebris, erat.

AD IMBERBVM.

Barba virum faciunt, Virtutum & robora,
robur
Nullum, nulla subest barba tibi, euge quis es?

*AD IANVM GVEIZIVM AR-
tium Magistr. & Poëtam
Laureatum.*

Flent alij, & plaudo, atq; precantur, & im-
precor idem,
Quod nostra GVEIZI poscis abire Scholâ.
Flent alij, atq; precâtur honoris, amoris, & ergò
Moris, pro stomacho heic vertitur ordo meo.
Gaudeo.

Gaudeo. nam quantum Andinus gravitate Ca-
tullum,

Carmina, tu obscuras, carmine, nostra tuo.
Nil moror, ardenti Musarum mente favorem,
Si nobis melica subripis arte proçus,
Nil precor, antè velut Delphinos mulsit Arion,
Si mala cispellis quæque sinistra metris.
Te chorus Aonidum, te Sirenesq; stupescunt,
Seu recinis lyricos, seu recitas Elegos,
En ! Epigramma laboratum non more popelli,
Gaudeo, & ille gemit, deprecor, iste vovet.

AD CASPARVM ZIEGLE-
rum Iurium Cand.

INterdum à Superis prævertitur anchora nautæ
Quod ZIEGLERE tua sorte premente patet.
Contractus voluisti, extractum scribere oportet
Præter spem ad patrios quando vocâre lares.
O malè te, malè me, malè nos dum contigit istud.
Heu tam contractus deseruisse bonos.
O benè te, benè me, benè nos si quando redires,
Quo posset Pactis meta statuta dari.
Faustus abi haut oberit. forsàn mage proderit, addo
Heic & ubiq; loci Noctua quippe volat.

AD SAMVELEM BINDERVVM
Ratisp. LL. Stud.

CVspide tangit acûs contractum quilibet
artum,
Quandò everriculum fraudis & oris abest.

D 3

ZIEGLE

ZIEGLERVS novit, didicit BINDERVS, utrum-
que

Pandarus ut Bitian, fors adamavit, amo,
Vno namque die, uno corde, fidelis & vsq; &
Vsque animas animæ, iunxit uterque meæ,
Pollicitis iterum licitis subfulcio Pactum,
Vos fidei Stilbon, ecce Canopus ero.

*Oculus Amorem, & Amor Pactum, Compactio Amicos
Parturit, arra arrat, lactat & alma Fides,*
Dulce bonâ contrâxe Fide, contractibus immo
Firmius & Canij, firmius & Pithij.
Pergite contractus (moneo) producere plures,
Sunt qui cum summâ, tœnora fortè dabunt.
Cætera, dum videor socialia fœdera nactus,
Differo, ne pactis differar ipse meis.

DE CONIUGII COM-
binatione.

A Dsolet aut formæ, aut magnis inhiare lu-
cellis,
Quæ lasciuæ volet nubere virgo viro.
Si tamen hæc eadem, voto frustratur utroque,
Quid nisi Coniugij, lis & amaror, erit.

AD OTTONEM WEBERVM
Vangionem LL. St.

C Ondecet adstutum fallacè faucibus escam
Qui positat, nalsis fallere quivè volet.
Publica sic etiam ascendens qui, pulpita tentat,
Haut inconsultò differat, arte serat.

Ille

Ille avidis inhiat subpōstæ faucibus escæ
Piscis; & in præcox incidit indè malum.
Delibare & olere quidè, at non mandere nassam
Ire quidem circum, at non penetrare decet.
Qui semel ingressus debet differre regressum,
Qui mandit plus quàm dira venena vorat.
Cautior es **VVERE**, tuis immò Argus es oculis,
Præludivis nassæ, non tamen ingrederis.
Nupera testantur cathedrâ ludamina ab altâ,
Attonitis alijs, & mihi visa diu.
Supposuère tibi, posuisti retia contra,
Clamarunt, nunc te Stentore cuncta silent.
Tantum etenim solvis sacrati ænigmata Iuris,
Quantum sit Vulpi, difficile esse pyrum.
Velox mente tuâ, ingenij molimine felix,
O patris, & patriæ, lyra perenne, tuæ!

AD HIERONYMUM HIZLERUM
rum Ravensp. Art. Magistr.

Qui petis, ut nassâ neglectâ, testis Amoris
Sacchara, cur pariter sacchara tute paris?
Respondes lepidè, & spòdes **HIZLERE** roganti,
Mutuus ut sit Amor, mutua nostra Fides.
Siccine pol! z elas & amatum is Thesea amicum
Pirithous, magnæ ò dexteritatis opes!
Non tam Charmione flagrauit Amore Naæræ;
Quàm fervens noster concremat, urat, Amor.
Comprimo nunc calamum, tamen illud ruminor
unum,

Iam pro mille vnum tu sac Amicus eris.

D 4

AD

AD IANVM KEILIVM

Novellus Metricus.

Sic hodiè KEILI vix est præstabile quidquam
Quam sortem hora dedit prima, secunda
rapit.

Hic nimium ardet amore puellã, fungitur alter,
Sic vos, non vobis, semina agelli agitis.

Ille teram catulis venatur, captitat alter,
Sic vos, non vobis, rete homines iacitis.

Hic struit insidias pilci, pilcem enecat alter,
Sic vos, non vobis, ferru a selli onera.

Restio funiculos parat, his suspenditur alter,
Sic vos, non vobis, nave equi onus vehitis.

Vivimus in terris, vitam sed præripit alter,
Sic vos, non vobis, vulnera Amati alitis.

Dimicat hic gladio, gladio transfigitur alter,
Sic vos, non vobis, gazam aui opum adgeritis

Nil hodiè KEILI, nil est durabile quidquam,
Quæ Fortuna dedit prima, secunda rapit.

**AD IANVM FASEM CRONA-
censem LL. Stud.**

Laudant Salanam quòd sit formosa puellam,
Concelebrat pulcras, Misnica terra suas.
Francica laudatur quòd sit ditissima Virgo,
Et iactat nummos, Rætica virgo, suos.
Hinc adamande FASES, contraria scindimus
ambo,

Nam nummosa tibi, mihi speciosa placet.

Nummosis

Nummosis nummosa placent, speciosa venustis,
Divitiæ pereunt, ipsaque forma perit.
Creditur enatus felici sydere, iunctim
Cui nummosa domi, cui speciosa domi.
Id quod adopto simul tibi, adopto mihi, adpre-
cor illud,
Sit comes in studijs Iovâ & ubique tuis.

*I N H O M I N E M E B-
riosum.*

ORa caprona gerunt rationis egentia Bruta,
Vnica gens hominum, colla supina levat,
Exerit vna oculos, supplex ad sydera. *tu nec
Ora caprona levat, ora supina levat*

Nunc qui sis, facili poteris perpendere lance,
Haut hominem, haut animal te puto, dic quis eris?

*A D M A R C V L V M D E E F F E-
tibus Romana servitutis.*

COmmemorant septem servilia noxia, quon-
dam

Quæ Romanorum prisca caterva dedit.
Fas servare caput servile, occidere fas est.

Servus radit, Herus rafa lucella capit.
Non, nisi adulter Herus minuat censusvè, Du-
cesvè,

Servus Gemmonios cogitur ire gradus.
Iudice captivo refecantur iurgia nulla,

Quantumvis iudex Acacus ille foret
Testandi tabulas morituro pompa negatur,

Et locuples testis nullius esse potest,

Non Lacedæmonio fruitur, nec Iure Quiritum,
Immo status fertur, mortuus esse sui.
Quod tibi magna negem, quereris, dem MAR-
CVLE, parva,

Horum quod manus elige, malo nihil.

AD CORDVLAM DE CAVSIS
Romane servitutis,

Servitij septem numerantur Cordula caussa,
Cur tibi fors famuler, cur famulere mihi.
Publicitus cupido captas me Cordula bello,
Cur telo Veneris Cordula capto tuum.
Stemmata fervilis tu Cordula nata parentis,
Sum serva rursus Cordula matre fatus,
Te precio vendis quadri lustra peracta labore,
Me tibi consimili Cordula vendo nota,
Supplicio damnatum immutas Cordula servo,
Te servam thalamo Cordula muto thori.
Ludificas ingrata Patronum Cordula, sæpè
Liber Matronam Cordula ludo meam.
Libera pro serva, sed lævo Iudice facta es,
Aflertore nigro Cordula liber eram.
Dum frueris rapto, caperis conserua Dynastæ,
Dum fruor, hem! capior Cordula fune tuo.
Te, sum⁹ ambo pares, ducã, mihi Cordula nube,
Molliculi ambo sumus, iam sum⁹ ambo pares.

AD RIVALEM.

Vis fieri pulcer, dum balnea sæpè revisis,
Discupis & reliquos exsuperare procos.
Numquam

Numquam hoc efficies, nec eris mihi candidus
umquam,

Nam tua nemo fricat corpora, nemo lauat.
Si fieri pulcer, vis Nymphis sæpè placeri,
Nostra fricet strigilis, spongia nostra lauet.

*AD FRIDERICVM ROTHIVM
Palatinico-Neuburgatem.*

NOsti me puerum, iuvenem me Candide
nôsti,

Novi te puerum, te iuvenemq; ROTHIVM.
Ætas una, puto, nobis, mihi fœdere iunctus
Inviolabiliter primus Amicitia.
Mens tua sic maneat summis immota medullis,
Lux tua, lux mea sit, nox tua, nox mea sit
Mens mea sic maneat summis, infixâ, locellis,
Vox mea vox tua sit, crux mea, crux tua sit
Perpetuanda in Amore quies statuare renato,
Lex tua lex mea sit, nex tua, nex mea sit.
Blandula sic statuar requies in Amore renato,
Sors mea, sors tua sit, Mors mea, mors tua sit.
Sic duo sint iuvenes in Amore, iuenculus unus,
Et duo, sint unum, nostro in Amore, caput.

*AD HECTORA STEINHAME-
rum Pal. Neuburg.*

Candide STEINHAMERE meæ conviva
Patellæ,

Accipe quæ stomacho, porrigo frustra tuo.
Nauseam habes? credo sane, laturatus es antè,
Fercula non laturus, sed mea, pono fami.

AD

AD MARTINUM DEIXEL-
manum Rotemburgo- Tub.

DEIXELMANE equidem ad cœnam convi-
va vocaris,
Sed tibi non turdus, nulla placenta datur.
Turture qui careo, cerebrosas pono columbas,
Detur, si nobis esse, Columba, voles.

AD GVILIELMVM PISTORIVM
Saximontanum Hassum.

CVm prius ipse coquas plenâ GVILIELME
coquina,
Escam Coctori, nostra Patella, negat.
Non opus est Coctori coctori misitet escam,
Nam fit fragranti Coctori odore satur.
Vanida perpetuo dicam si vanida dico,
Tempore Coctorem desperasse fame.

EPIGRAMMA VOTIVVM.

IN summis, ô summe Deus, qui summa gu-
bernas,
Adnue, da precibus pondus inesse meis!
Vt Cuno, cum Furmeistero sit tramite tutus,
Corpora latronum, summe repelle Deus.
*Coge, coacta repelle, repulsa fugato, fugata
Corpora dilacera, dilacerata neca.*
Sic poterit vel uterq; secundam adpellere portâ
Dum longum magnus Iova secundat iter.

AD

AD MARCVLVM.

Qui me non fecisse putas iam disticha dicta
Iam te mentiri MARCVLE posse, puta.
Iudicium suspende tuum, non MARCVLE nōsti
Venam, intellegitur nec mea Musa tibi.
Perlege quæso prius, perlecta resume, resumta
Disticha pensicula, pensiculata cole.
Conficio, confecta edo, edita mitto, remissa
Tu mecum decora, condecorata fore.
Optumus hac visus, videor nunc pessumtis hora,
At mihi tu mordax, esse videris, homo.
Data, da, accipio, accepta amplio, & ampla
Carmina concelebro, concelebrata cano.
Nostris si meliora dabis, meliora docebis,
MARCVLE, Vulcano nostra cremanda dica,
Non tibi succensebo; pari faciam tamen æquo,
Nam tua cœnosis, dedo voranda, locis.
Desine mentiri posthac, aut plurima condam,
Nam mihi Musa dabit, quot mea vena volet.

AD THEODORVM ROSENO DVM

Comitem Pal. Cæs.

Equitem Auratum.

Civem Romanum.

Ocomes, & ROSENO DE sacri pars prima
Palati,
Prima Amphictyonum, exornans Pritancia, vi-
rorum,
Fortè Sophocleo expectas cantata cothurno
Carmina?

Carmina ? fortè Maroneo modulamine ducta ?
Inconcinnis Amatorie est, & inepta Thalia,
Dura Noverca styli, genuini & Adultera sensus.
Non te ego, tu decoras nostras ROSENODE
Patellas,

Non te ego, tu gravitate ornas ROSENODE Pa-
tellas,

Attaceo, ne diminuas tua nomina clamans.
Quid multis, quatuor si possum fundere verbis ?
Quantò splendidior Sol Lunâ, sydera nube,
Exsuperas homines tantò virture potentes,
Aequasti maiora, palam præstique minora ;
Scilicet ingenij virtus non occidit umquam,
Sed micat Alcinoe, celso velut æthere, fulget.
Splendidus æternum viridi cum fronte vireices
Donec erit Nemesis, donec Rhamnusia virgo,
Machina dum celi, dum stabit machina mundi.

ZOILVM MEVM AD

Cœnam vico.

PRandia neglèxti, ad cœnam revocabere no-
stram

ZOILE, sed stomacho vilia pono tuo.
Adpeno leporem, mensæ subpono catellum,
Si mordes, rursus mordeat ille pedes.
Hospes eris sospes, modò non sis hosticus hostis,
Nunc curæ numen, nunc tibi rumen erit.
Esse licet, gustare licet, libare licebit,
Pauca ligurire, at nulla vorare licet.

Non

Non mordere licet, nulli sordere licebit,
 Cœnula si sordet, ZOILE vade foràs?
 Convivas alios, meliores quærere præstat,
 Rodere nostra negat, plodere cœna vetat.
 Dente Theonino pungis, te pungo canino,
 Tu ludis verbis, verbera cudo tibi.
 Opponis frontem, capitellû oppono cohilcans,
 Sum præfens carptu, quomodocumq; velis.
 Sardinios risus rides, obcurfiro nilu,
 Mordaci frendes dente, furore fremo.
 Nil timeo, tumeo, nil vrgeo, turgeo prorfus,
 Cœnula lauta minus, sed mea cauta nimis.
 Si lædis lædo, ogganis oggannio rursus,
 Tu mihi sis olor, fim tibi rofor ego,
 Nauseam habes, vomitum fundis, vomitumque
 resorbes,
 Rumperis invidiâ ZOILE vade foràs?
 Rumpe moras, discede foràs, si displicet esca,
 Fercula si noles, stercora fœda voles.
 Si minus ad gustum fuerit, minus apta Palato
 Prima, secunda vocat cœna, vocatus eas,
 Non lepori è adponã, lepori adponere sed ipsus,
 Posthac, sæpè etenim res nova grata nimis.

IN NUPTIAS ANNAE

Sororis meae.

A Nna soror lociata viro nuperrima virgo,
 Accipe quæ thalamo, munera dono ruo.
 Haut sequius versu possum donare, reliquit
 Ipe pater nullas, nec mihi mater opes.

Gemmea

Gemmea nulla tibi, non aurea munera mitto,
Dispereunt gemmæ, has qui tenet, ipse perit,
Omne quod in mundo fertur violabile, perpes
Sola Poëtarum fama superstes erit.
Crebrescas igitur mecum, duranda, per ævum,
Hæc tibi cum donem disticha quina foror.

AD ANDREAM HEIL.

ANNÈ, salutifero qui nominis omine gaude s
HEILI, semper edam? patinas nūquamvè
reponam

Per trinas à te toties saturatus aristas?
Ergò tibi ingratus videar ne trossulus umquam;
Nostris, pro stomachi satiate, fruâre Patellis.

AD GVILLIELMVM PISTO-
rium de Nasuto & Simulivaltu.

SICEST ut dixi, PISTORI, carpsit vterque
Cum dixi, (*inferior vellec uterq; feri*)
Sed Nonium haut vidit, Criticos non vidit uterq;
Ferri & uterque cupit, nitimur ambo feri.
Si vel uterque, feri nostratis, ephippia nolit,
Per terras faxim possit uterque terri


F I N I S.

444

AB 44 ^M / K,4

ULB Halle 3
002 680 319






Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ARVM
TICATUM
ELLA
NÆ.
Adposuore
D PFIZMA-
alatio.
NNO
omine-hominibus nati
lo. cil.
NÆ
éo Steinmaniano.

